



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 5. Quibus casibus est Simonia juris humani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

ipso temporale æquiparatur spirituali, quasi esset illius pretium: & ideo SS. Patres Giezi simoniæ arguunt, quòd pecuniam pro curatione lepræ miraculosè facta petierit. Licet tamen, seclusa Ecclesiæ prohibitione, aliquid gratis oblatum accipere, post quam res spiritualis gratis collata est; quia non datur pro re spirituali, sed ex gratitudine, & benevolentia ex cap. 30. de *Simon.*

*Q. 5. Quibus casibus est simonia juris humani?*

*Resp.* Communiter recensentur. 1. Permutatio Beneficiorum sine auctoritate Prælati, nullo interveniente pretio. Item resignatio extra curiam Romanam in favorem certæ personæ, & resignatio cum pacto, ut resignatarius suum Beneficium cedat tertio, vel cum confidentia accessûs, aut regressûs. Nam in his non commutatur spirituale, nec spirituali annexum pro temporali: unde licet commutare Beneficia cum auctoritate Episcopi, *Clement. de rer. permut.* & Papa potest in aliis dispensare. Ista sunt tamen simoniaca, quia prohibita sunt ab Ecclesia ob reverentiam rei Sacræ, & ob periculum, ne fiant ex aliquo motivo temporali.

2. Venditio Officiorum Sacristæ, œconomi, defensoris, advocati, procuratoris Eccle-

Ecclesiæ, &c. De quibus cap. *Saluator*.  
 1. q. 3. nam talis venditio prohibita est  
 intuitu Religionis, non quòd ista Officia  
 sint in se quid spirituale, aut Sacrum, sed  
 propter quamdam cõjunctionem, quam  
 habent cum supellectili Sacra, rebus, &  
 Ministris Ecclesiæ.

3. Acceptio munerum etsi modicorum  
 sponte, ac gratis oblatorum ex occasione  
 examinis ad Parochiam, ex Trid. Sess. 24.  
 cap. 18. item ex occasione collationis Or-  
 dinum, Tonsuræ, litterarum dimissoria-  
 rum, aut testimonialium, ex Trid. Sess. 21 c.  
 1. Dixi *ex occasione*. nam dare, vel accipere  
 aliquid pro collatione Ordinum, Tonsuræ,  
 aut pro litteris dimissoriis, vel testimonia-  
 libus est simoniacum jure divino: cum  
 ista sint actus procedentes à potestate spiri-  
 tuali ordinis, & jurisdictionis, proindeque  
 spirituales. Subscriptio verò earundem  
 litterarum, cum sit complementum illarum,  
 est quid spirituale, aut saltem pertinens ad  
 aliquid spirituale, nempe ad actum jurisdic-  
 tionis: Deinde quando principale fieri de-  
 bet gratis, gratis etiam accessorium fieri  
 debet, cum ex Reg. Juris accessorium se-  
 quatur naturam principalis.

Q. 6. *An permutatio rerum spiritualium  
 inter se simoniaca est, ideoque  
 illicita?*

Resp. Neg. Si illæ non habeant annexum